



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 19. Nicolaus Laurentius Romam redit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

nanam, Genuensem, Pisanam, Spalati-Sæcul. XIV.  
nam, Ragusianam, Antibarinam, & Ja- A.C. 1353.  
deranam; in dioeceses Ticinensem, Pla-  
centinam, & alias (nominantur ibidem)  
in Hetruriam, ac terras Ecclesiæ Roma-  
næ te mittimus, ut eo reducas pacem,  
& ubique religionis bonum procures.

## §. XIX.

*Nicolaus Laurentius Romam redit.*

Legatus delatus in Italiam sola duo, in  
quibus tuto commorari posset, inven-  
nit loca terrarum Ecclesiæ, scilicet Mon-  
tem Flasconis in Patrimonio S. Petri, ac  
Montem Falconis in Umbria: postea ve-  
ro potestatem extendit suam. Habebat  
secum Nicolaum Laurentium commenti-  
tum Romanæ plebis Tribunum, cuius  
ad casus nobis redeundum est. Proscri-  
ptus a Clemente VI, & anno 1347 a Ro-  
mano populo desertus in Apuliam per-  
fugit ad Ludovicum Hungariae Regem  
tunc Neapoli dominantem: quem Papa Rayn. 1348.  
curavit rogandum, ut hominem captum n. 10. 13.  
ad ipsum remitteret, aut Cardinali Ber- Id. 1350.  
trando Deucio ipsius Legato traderet. n. 4. 5.  
At Nicolaus anno 1350 iterum Romam  
ingressus, ibi potentior fuisset, quam an-  
te, nisi Romani metuissent, ne offende- Vitæ PP.  
rent Papam, profanumque anni sacri lu- p. 256. 885.  
crum amitterent. Nicolaus igitur perso- §. 6.

*Hist. Eccles. Tom. XXIV.* H natus

**Sæcul. XIV.** natus excessit ex Italia, & in Bohemiam  
**A.C. 1353.** transiit ad aulam Caroli electi Romano-

rum Regis. Cum tempus aliquod egis-  
 set Pragæ, agnitus sistebatur Carolo:  
 qui comprehensum Ernesto Pragensi Ar-  
 chiepiscopo permisit: qua de re Papa per  
 epistolam 17 Aug. an. 1350 datam gra-  
 tias egit, orans, ut Nicolaum ipsi mitte-  
 ret. Miser proin captivus Avenionem  
 ductus est: moxque Papa tribus Cardi-  
 nalibus commisit quæstionem in eum in-  
 stituendam. Hærebat in carcere per  
 reliquam Clementis VI vitam: & com-  
 pertum est, nihil criminis eundem spe-  
 ciatim contra Ecclesiam suscepisse.

Confestim Papa Innocentius a censu-  
 ris ac vinculis liberum cum Cardinali  
 Albornio in Italiam misit, sperans illum  
 fore utilem ad submittendam Ecclesiæ  
 regionem, præsertim Romam, quæ adhuc  
 magni eundem faceret. Id docet epi-  
 stola Papæ ad Hugonem Arpajonium,  
 suum Romæ Internuncium, ex quo tri-  
 stem hujus statum cognoverat. Ibi Pa-  
 pa sic loquitur: Ut his medeamus malis,  
 brevi Romam remitteremus dilectum fi-

**Rayn. 1353.** lium nostrum Nicolaum Laurentium E-  
**6. 5.** quitem Romanum: quia spes est fore, ut  
 ærumnis suis redditus prudens depositis  
 ineptiis suis pristinis per suam oppido ma-  
 gnam industriam obsistat conatibus im-  
 proborum, & suffragetur bonis consiliis  
 desi-

desiderantium tranquillitatem salutem. *Sæcul. XIV.*  
que publicam. Dabat 15 Sept. 1353. *A.C. 1354.*  
Ita Innocentius VI laudat hominem, cui *Sup. lib. 95.*  
Clemens VI tam male precatus erat. *§. 39.*

§. XX.

*Ecclesia Germanica.*

Carolus Luxemburgius Bohemiæ ac  
Romanorum Rex magis magisque  
in Germania & authoritatem suam, &  
pacem firmabat. Hoc anno mense De- *Rebdorf.*  
*cembri Moguntiam venit invitatus a Cle-* *p. 447.*  
*ro ac populo præsidium suum imploran-* *Trit. Hirf.*  
*tibus contra Henricum Virneburgium ve-* *aug. an. 1353*  
*terem loci Antistitem a Clemente VI ex-* *Sup. lib. 95.*  
*authoratum, & Conradum Falkenstei-*  
*nium illius Adjutorem. Henricus enim*  
*semper contendebat de sede Moguntina*  
*cum Gerlaco Naffovio, cui Papa eam*  
*tribuerat; & qui tunc Regem Carolum*  
*comitabatur. Hic inquirere in statum*  
*urbis ac diœcesis cœperat; cum Hen-*  
*ricus repentinam mortem oppetiit pridie*  
*Natalem Christi. Tum Conradus Regis*  
*opera transigebat cum Gerlaco, qui sedis*  
*possessor quietus mansit: atque sic fini-*  
*tum est schisma Moguntinum, quod an-*  
*nos octo duraverat.*

Sequente anno 1354 die S. Agnetis *Idem Vitæ*  
21 Jan. obiit Archiepiscopus Trevirensis *l. i. Miscel.*  
Balduinus Luxemburgius Caroli Regis *Baluz. p. 160*